

# IOANNIS

ROGERAII TROCHAEI

PARISIENSIS IVRISCONSULTI,

*De Officio Iudicis in causis capitalibus,*

*ex bono & equo decidendis,*

*Liber singularis*

*Ad Leges.*

Ad Ioannem Papponium Iurisconsul-

tum, & Iudicem Siluaticæ (quæ

vulgò Forestana dicitur)

Prouinciæ.

*Huic accessit & alter De Differentia Iudiciorum Bonæ fidei &*

*stricti Iuris, Liber singularis.*

*Ad Leges.*

Ad Nobilissimos nostra ætate Iurisconsul-

Antonium Syphrianum, & Ber-

nardum Rolandum

Castrensem,



LVGDVNI,

APVD THEOBALDVM PAGANVM.

1550.



COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



112

14479

num. 41. com. 8.

num. 25.

25.

EX EPISTOLA CLARIS-

SIMI, ET NOBILISSIMI IURIS.

consulti Solini ab Essenga Phrisij, Ad Ioan-

nem Rogerajum Trochæum I. C.

1549. Mense Martio.

PERGE igitur Rogerajie Iurisconsultissime, & Ius nostrum ab impo-  
sturis, barbaricque Glossographorum iudica. Nec enim quidquam uel lau-  
dabilius, uel utilius efficere unquam potes, nec utilitas, nec honestas censetur,  
nisi rei deploratae & perditae auxilium ferre. Quare quid magis impium,  
quid uel a ueritate ipsa sensuq; communi alienius? Caue autem ne uel labor,  
qui in eo opere maximus requiritur, uel inuidorum improbitas ab ea re uel  
latum irguem dimoueat, tibiq; hoc unum persuade quod est apud Poëtam  
non minus doctè, quam uerè: Virtutem post fata quiescere. Virtutis autem  
in hac mundi machina inuidiam semper comitem fore.

Et paulò post:

Videre uideor mihi renasci Rogerajie opera tua legens, nec possum etiam  
multoties relegendo sitiari. Tantus est in illis dicendi lepos, tanta uenustas,  
tanta denique ingenij uis. Ede ergo in lucem Contractæ nostræ Iurispruden-  
tiæ libros illos quinque tam accuratè ingeniosq; consarcinatos, ut non in riuo  
sed in mediâ aqua natare possint iuris omnes studiosi.

PETRI DANNABARI

AD LECTOREM DE LIBRO

Ioannis Rogeraj Trochæi

Iurisconsulti.

Dulcia Lector amas: sunt hîc dulcissima quæq;

Vtile si quæris, nil legis utilius.

Siue utrunq; uoles, utroq; hîc Lector abundas,

Quo linguam exornes, quo doceas animum:

Hic fontes aperit recti, prauiq; disertus

Trochæus, Galli gloria prima soli.

# DE VARIIS IUDICIS

APPELLATIONIBVS.

## TITVLVS PRIMVS.



**I**UDICARE, vnde & Iudex, & Iudicium, & iudicatum, descendit, quandoq; pro æstimare accipi apud Iurisconsultos manifestum esse potest his qui in illorum libris euoluēdis insudarunt. Sed & Imperator in hac significatione vsus est.<sup>a</sup> Sic apud Horatium,<sup>b</sup> Iudex rerum pro æstimatore ponitur eleganter. Et iudicare de re aliqua grauius, sic dictum reperimus Budeo annotante, vt grauius statuere. Iudicare, pro condemnare, vt apud Ciceronem vsurpatur frequentissimè: ita iudicatus pro condēnatus apud Iurisconsultos.<sup>c</sup> Dicitur autem Iudex, quasi ius populo dicens, siue quòd iure disceptet, Iure autem disceptare, est iustè iudicare, hoc est, vnicuique quod suum est tribuere. Quod officium est iudicis. Dicitur & Iudex animatum ius, meso dicus autē Græcè, quasi mediarius Latinè, & à medio, & iure composito vocabulo. Quoniam qui medium consequitur, is ius suū obtinere videtur, vt inquit Budeus.<sup>d</sup> Iudex, iustitiæ antistes etiam appellatur à quibusdam. Hunc ergo seu Iustitię antistitem, oportet esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocen-

<sup>a</sup> in l. hac edicta  
li. 6. his illud.  
C. de sec. nup.  
<sup>b</sup> lib. ij. Saty. 7.

<sup>c</sup> in l. si pro ali-  
quo. ad Sena-  
tuscō. Velley.  
et l. grege. de  
pignori.

<sup>d</sup> in L. ius ciuile.  
de iust. et iur.

A tesq;

IOANNIS ROGERAII  
TROCHAEI PARISIEN-  
SIS IURISCONSULTI,

De differentia Iudiciorum Bonæ fidei,  
& stricti Iuris

LIBER SINGVLARIS.

AD LEGES.

*Ad egregios nostra ætate Iurisconsultos*  
ANTONIVM SYPHRIANVM,  
ET BERNARDVM RO-  
LANDVM CA-  
*strensem.*



LUGDVNI,  
APVD THEOBALDVM PAGANVM.

1550

Lugduni,

*EXCVDEBAT*

THEOBALDVS

PAGANVS.

1550.